The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium ac
cum uariis

Apes debemus imitari que ut uagantur et flores ad mel faciendum ydoneos carpunt; deinde quicquid attulere disponunt ac per fauos digerunt. Ita debemus quecumque ex diuersa lectione congessimus separare; melius enim distincta seruantur; deinde ad debitam facultatem ingenii in unum saporem uaria illa libamenta confundere ut eciam si apparuerit unde sumptum est, aliud tamen esse quam unde sumptum est appareat.

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

Studium ac] Studium ab P V^1 V^2 L^1 L^2; ita] ista M; quecumque] queque (*cor. in marg.*) M; Seneca *om.* L^1 L^2